



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 223. De traditione Edici bonorum in Hrodgheldesfang.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

Ab anno huiusmodi debitor fuit quidquid pater suus illi reliquerit testes harid *bruni*  
854 usque arnulf et alii quinque.  
877. re-

gnante  
Hludo-  
uico et

## §. 223.

Tradidit edic dimidiam partem de omnibus quae possedit in loco qui dicitur *hrodgheldeffang* (w) testes teti tingrid aldger cyllhard helmdac luthard filef brunnuard albmer odger ailred.

## §. 224.

Tradidit *luidolfus comes* in *bennenbusen* (x) mansum unum testes ricdac herred buni aluini ofdac et alii XII.

## §. 225.

definiri potest. Fortassis coloni villae *Hellonbus* cum aliis in oppidum Blanckenrode, de quo egimus supra §. 218, confluerunt. Videtur *Hellonbus* eadem fuisse villa quae, in *Vita Meinwerct*, episcopi Paderbornensis, Tom. I. Script. Rerum Brunsvic. Leibnitii p. 541. num. 38. appellatur *Helessem*. Id si ita esset, villam *Hellonbus* ad aquam quandam olim existisse oporteret, quia l. c. refertur, quendam hominem aquam molendini in *Helessem* ecclesiae Paderbornensi donauisse.

De villa  
Hrod-  
gheldes-  
fang.

(w) *Hrodgheldeffang* in Registro nostro plane omittitur. Nescimus ergo, vbi nam locus ille quaerendus sit. Interim patet e traditionibus nostris §. 121, nomen *Hrodgeldi* esse nomen viri. Arbitramur ergo, *Hrodgheldeffang* idem esse ac *biuangum* cuiusdam *Hrodgeldi*. *Biuangus* quid sit, iam ante vidimus. In *Brabantia* adhuc parochiae ambitum adpellant incolae *biuanc*, quasi *comprehensum*, *befangen*.

De villa  
Bennen-  
busen.

(x) *Bennenbusen* erat villa in pago *Nitbega*, testante Registro Bonorum Abbatiae Corbeienfis a Sarachone abbate confecto. Quanam autem in regione pagus *Nitbega* fuerit, id ampliori expositione non eget, cum iam supra §. 163. et passim alibi demonstraerimus, eundem pagum existisse in diocesis Paderbornensi et Corbeienfi ad flumen dictum *die Neite*, a quo fluuio vicus *Erclen* in episcopatu Paderbornensi non procul abest, in cuius tractu villa *Bennenbusen* quoque est quaerenda. Id litterae abbatis Corb. Henrici de Homborg testantur, quas hic primum ex autographo in lucem emittimus. En illas.

gratia praesens

Henricus dei gratia Corbeienfis ecclesie abbas omnibus presentibus et futuris salutem. Notum esse cupimus presentibus et futuris quod cum dilectus noster Hinricus sacerdos plebanus in *Erclen* domum unam siue curiam sitam in *Bennesen* et unum mansum cum suis propriis denariis de *Hermanno* deo apud molendinum et suis heredibus emptionis titulo parasset nos domum et curiam eandem libertauimus hoc modo videlicet quod presentibus Henricus plebanus de *Erclen* ad tempus vite sue his omnibus libere usufructur ipso autem sublato de medio mansus solus cum suis redditibus per remedium ante ipsius Henrici ad nostrum conuentum libere conuertetur. Porro domum presentibus siue curiam in ipsa villa *Bennesen* quicumque plebanus fuerit in *Erclen* libere possidebit ut propter hoc soluenda singulis annis de presentibus manso annonam nostrum conuentui eo diligentius et fidelius expetatur et requiratur. Nam si ex negligentia ipsius plebani staret quo minus presentibus manso annona eodem nostrum conuentui solueretur ex tunc carebit et priuari debet eadem curia et domo que sicut ipse mansus uocabunt nostrum ecclesie libere et solute. In cuius testimonium presentem litteram nostris sigillis dedimus roboratam. Datum anno domini M. CC. XC. sexto feria tertia post festum beati Iohannis baptiste.

Sigillum est eidem simillimum, quod adfixum membranae abbatis nostri Corbeienfis Henrici, ari incilium exhibuimus.

Sigillum vide in Tab. IV num. 3.

Quodsi